

Gammelbd 4

2
3
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
1
1
1
1
1



N ^o	Praesides	
1	Ronikau	De Conditione prouata Statuum imperii
2	Beckh.	De Potestate et Jurisdictione Principum in Libe
3	Colo	De Jure primi Fori sive Beneficio Primae
4	Hofmeister	instantiae Ordinibus imperii De Jure Appanagii
5	Roesener	De bonis Dobmanalibus
6	Rhoepfel	De Alimentis et Dote filiarum nobilium
7	Ziegler	De Emione Vitalitii
8	Vffel	De Hereditate mobiliari Persona rum illustrium
9	Moser	De legitima S. R. I. Statuum liberorum
10	Helfeld	utroque sexu De Gestricla Muslinum alienandi Facultate
11	Prodnus	De Contractibus Summarum Cotes tatum
12	Cramer	De Delictis et poenis Statuum Imperii
13	Meier	De Relectis quibusdam ex iure venandi sic quae filiumibus
14	Westenholz	De iure Forestali
15	Schoepfer	De Venatione superiorum
16	Schultz	De iure venandi
17	Berges	De iure venandi feras
18	Müller	De iure Venatione praecoria

- 18 Praecepta
- 19 Harprecht De Venationibus Praeceptis
- 20 Strid De Venationibus et quod iustum
est circa venationes. Et in specie
circa venationes praecipuas.
- 21 Reier De Occupatione et Venatione Feratu
- 22 Ruyr De Terrarum Persecutione in territoris
alany
- 23 Harprecht De liberis venationibus germanicis
- 24 Ruinus De iure venandi in alieno fundo
- 25 Rahne De Venatione tempore foeturae fera
rum prohibita
- 26 Porochs De iure inquisitoris in iudiciis militarium
- 27 Weirich De Vesellis et Veselliferis
- 28 Weddoyg De Buccinatoribus eorumque iure.
- 29 Nettelblat De Militari Verbe
- 30 Spuller De Mandatis Ducum Militarium.
- 31 Spuller De Captivorum Redemptione
- 32 Hanf. De Variis Militiae Malis
- 33 Lyncker De sedente gratiore Consulorum imperii
- 34 Schell De partibus Francisci I. aurocoro 1. pp.
- 35 Zerbar De iure praetulis armorum
- 36 Spelhorn De bello iuri et litigiosis actibus

29

PROGRAMMA
IO. PHILIPPI SLEVOGTII, D.
in Academia Ienensi antecessoris, Faculta-
tis Iuridicæ & Scabinatus Senioris, illiusque
hoc tempore DECANI

Lectiōni auspicali

CHRISTIANI GANZLANDI
Summorum in utroque iure honorum
Candidati clarissimi

premissum

IENAE, MDCCXI

LITTERIS GOLLNERIANIS.



PROGRANNA
IO. PHILIPPI SLEVOGTHI D.
in Academia Jenensi ante-estorica, Faculta-
ta Juris & Scabinatus seu in Illustre
Hoc responso DEC 1711

CHRISTIANI GANSLANDI

Magistri in Artibus in honorem

Gandavi studium

MDCCLXI

LITTEAE COLLEGIUM





VIRENT nunc iam
efflorescuntque omnia, &
spe lactiorum fructuum e-
rigunt patres familiarum, re-
fouentque. Quid vero a-
liud est Academia, quam
florentissimus campus, cum
pulcherrimis certans Alcinoi viretis? Sollerti
primum ingenii atque animi cultu opus est:
inde spes & fiducia prouentus, id est, profe-
ctum, excitat solaturque animos. Succeden-
te porro cura, ostendunt se primitiæ florum
ac mæsis, donec adulto iam anno plena fer-
tilitate labores rependantur. Nec oculi mo-
do ac nares perfunduntur voluptate; non in-
ania, aut propere saltem fugientia, nos lu-
dunt gaudia: sed res quoque familiaris auge-
tur opibus. Sunt decora ingenia rosarum
instar: hæc nisi inter spinas non proueniunt.
Spinæ illæ sunt lucubrationes ac vigiliæ, a-
nimo certe talium insueto haudquaquam gra-
tac.

tae. Surgunt autem ista, vbi exulta bene fuerint, ritu liliorum: proceritate sua, & certante cum niuibus candore, itemque odore fragrantissimo, scilicet doctrinae praestantia ac virtute, circumactura in se omnes, tanquam iucundissimum naturae spectaculum. Denique arbores referunt, fetibus suis stipatas, quarum non adspectu delectemur modo, sed vbertate etiam plurimi defruantur.

Quem vobis stiturus sum, PATRES ACADEMIAE, summorum in vtroque iure honorum Candidatum, floret aetate atque animo, nec minus cognitione iuris ac virtute. Etiam, qui maturari in eo coepere, large patriae promittit industriae suae fructus: inque huius praemium, ac publicum testimonium, petit eximentem se vulgo characterem. Quis non vltro faueat bonis mentibus, vnde respublica opem sibi atque ornamentum expectet? Non cessabunt enim, honoribus decorari, quam in academiis hausere doctrinam, vsu rerum locupletare. Adiuturi pro viribus consilio atque opera, vel rem communem, vbi ad hanc accesserint; vel quos vident inter litigia, tanquam fluctus mota, sine cortice nare non posse, & alienum implorare auxilium.

II.

Ille ipse, quem vobis laudamus, clarissimus Candidatus,

CHRISTIANVS GANZLANDVS

vestram sibi deprecatur praesentiam, e iureconsultorum cathedra verba facturus. Torgaviae natus est, superioris saeculi anno secundo & octogesimo, mense Octobri. Parentes utrosque, & matrem quidem, *Euphrasynen Petschiam*, feminam honestissimam, vix anniculus amisit: patrem, quem noster etiam cognomine refert, *Christianum Ganzlandum*, mercatorem integerrimum, praetereaque aedilitio munere, & sacri aerarii praefectura insignem, superioris anni mense Maio. Is, quamdiu in his terris agebat, nihil omittebat curae, quominus filium concinnaret Deo obsequiosum, reipublicae vtilem. Itaque pietatis ac boni moris praeceptis a teneris imbutum, & conspicuis exemplis stimulum, tradidit patriae scholae praeceptoribus. Hi ingenium eiusdem in cultiorem habitum formarunt, adscendentis pedetentim per classes, donec fidi ductoris, *M. Gotthofredi Steinbrecheri*, clarissimi viri, & priuata insuper opera affinis sui, *M. Io. Christiani Buckii*, Diaconatus ibidem munere re-

ue


uerendi, grauioribus meditamentis haud impar censeretur.

Nullum vero potius ducebatur, cui crederetur, quam inclytum Lipsiense Athenaeum. Heic tanquam in patria vrbe; heic sub praecellentissimis omnis doctrinae & elegantiae magistris, inter specimina laudum frequentissima, nostrum posse & ingenii ac morum cultum capere, & aemulum alienae sollertiae impetum. Venit illuc anno labentis saeculi tertio. Ac primo philosophiae dedit operam. Ea pro instituto libata, additaque ex Pufendorfiano opere, interprete consultissimo, *D. Michaelae Henrico Gribnero*, iuris naturae & gentium notitia, totum se addixit forensi iurisprudentiae. Quem vero sibi expeteret magis excellentem ducem, quam magnificum virum, *Ludericum Menkenium*, antecessorem, & collegii sui hodie praesidem ordinarium? Huic noster sese dedere, hunc colere, & Institutionum ac Pandectarum libros, itemque ius feudale & canonicum, delectis in eum vsu consuetis compendiis, illustrantem, publice priuatimque sectari, atque e docentis ore pendere haud vnquam cessauit. Sed & eiusdem praesidio, inter commilitones, erudito conflictu certantes, ipse sibi nunc defendentis, nunc aduer.

uersarias sumsit partes; illo exercitationis huius fructu, vt disertationem De probatione, quaeque via delati iurisiurandi auerti necessitas queat, publico examini subiiceret. Itaque quantum huic hodogetae suo iuridicae debeat eruditionis, memor agnoscit, gratoque ore praedicat. Sed neque aliorum praelectionibus non multum refert acceptum. Nam & adfessorem Scabinatus celeberrimum, *D. Franckensteinium*, ius publicum docentem, & consultissimum virum *D. Gothofredum Barthium*, processuros in forum praeceptis, cautelis, atque exemplis instruentem, sedulus audiuit.

Iam adest tempus, quo & exercendo, quae tot annorum studio parauit, hominum inferuiat utilitatibus. Sed opus quodam velut indice, a quo monstratus publice, ac nominatus, proniores in se oculos vertat. Fungetur huius vice academici, quos modeste ambit, honores, iisque sociata iura ac priuilegia. Professus itaque apud nos nomen suum, & maiorum ritu exploratus, dignus fuit habitus, cui ad publica quoque specimina aditum panderemus. Quorum prius, *cursoriam*, vt vulgo appellatur, *lectionem*, ad legem extremam Cod. *Vbi in rem actio exerceri debeat*, craftini decima. Deo volente, edet. Agite,
PRO.

PRORECTOR ACADEMIAE MAG-
NIFICENTISSIME, vosque omnium ordinum excel-
lentissimi Proceres, intericite grauioribus ne-
gotiis modicam pausam; pariterque & alii,
iustum iurisprudentiae studiis statuente preti-
um, vna cum studiosa Iuuentute; frequen-
tia, & tam aurium quam animorum fauore,
non secus ac singulari honore, & beneficio,
memet cum Candidato meo demeremi-
ni; reuerentiam vicissim & cultum, quae-
que alia esse possunt gratae mentis argumen-
ta, communi nomine promittentem. P. P.
in Academia IENENSI, A. D. V. Non.
Maii, MDCCXI.



00 A 6467

ULB Halle
002 928 043


3




18

V317







PROGRAMMA
IO. PHILIPPI SLEVOGTII, D.
in Academia Ienenſi antecesſoris, Faculta-
tis Iuridicæ & Scabinatus Senioris, illiusque
hoc tempore DECANI

Lectiōni auſpicali

CHRISTIANI GANZLANDI
Summorum in utroque iure honorum
Candidati clarissimi

premiſſum

I E N A E, M D C C X I

LITTERIS GOLLNERIANIS,

29

